



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

Nachtrag Havelbergscher Urkunden aus dem Copialbuche der Leipziger Stadt-Bibliothek unter dem Titel Aduocacia Haelburgensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

dan nicht gebeurt, sothan ewren schaden vnd mndtwillich furnehmen lenger zu verhängen adder anzusehn, Demnach auß hogdringender nott vorbieten wir ewch allen samptlich vnd sonderlich, Ihn vnd midt krafft dieses vnser offenen-Brieffs, Erstlich bey Zehen fl. vnd darnach bey leiblicher straff, nach mafs der Verwirkung, Vnd entlich bey Vorweyhung vnser gericht vnd oberigkeit, Das Ihr nhun hinfurthan in den vhm-liggenden Holtzungen bei ewren Dorffer, was nhamen Die haben, die Eychen, Meybuechen vnd Mastholtzer nicht sollen verhowen vor ewch selbst, Ihn was schein vnd vrsach das geschen mochte, Vilminder vorkeuffen edder Vorgeben ahn vnsern vnd vnsern nachkomenden wissen, willen vnd vulwort, Sondern die Eichen vnd meybuechen holtzung zw notursit vnd furteil des gantzen landes frey vnd fridesam sthen vnd wachsen vnd gantz nichtt verhowen, Midth vorwarnung, Deweil Ihr ewch ahn die Mundliche verbott nicht sunst gefchouwert, Das wir diese Angezeigten straffen ahn ewch nicht wollen vnderlassen odder Ihn vergessen stellen. Vnd boueln dir N. N. Schultzen, das dw auff die Holtzungen vhummer guett achtung vnd auffsehen haben wellest, Damit die hinfurder vnuorhowen vnd vnuorwuffett pleiben vnd die vbertretter zw Jeder Zeit vnfs edder vnsern gemeinen procuratorn bey deinen Eheden vnd pfflichten ankundigen, vff das der gemeine Landtschade furkomen, Alles bey vnser zw Jeder Zzeit gepurlich Straff, wollet dis nicht anders halten. Daran verbringt Ihr vnser zuuerlessige meinung vnd seindt ewch sunsten midth gunst vnd allem guthen geneigt. Datum zw Huelberg ahm Dinstag nach Corporis Christi Anno 1555.

Auß dem Capitels-Copial-Buche Bl. 151.

Nachtrag *)

Havelbergischer Urkunden auß dem Copialbuche der Leipziger Stadt-Bibliothek
unter dem Titel Aduocacia Huelbergensis.

XXXVIII. Markgraf Ludwigs Schußbrief für die Juden zu Havelberg, Arneburg, Priß-
walk, Seehausen, Werben und Kyritz v. J. 1334.

Anno domini M^o CCC^o tricesimo quarto in vigilia natiuitatis domini Ludovicus etc. discretis viris judeis ciuitati nostre, . inhabitantibus camere sue seruis graciam specialem et omne bonum. Innotuit nobis plurimorum relacionibus asseritue, quod vos hactenus in nostri sitis absencia per quosdam in rebus vestris grauius onerati, a quibus omnibus vos, singularis fauoris intuitu, quo vos amplectimur, volumus graciosius releuare, mandantes singulis & uniuersis dapiferis & officiais nostris quibuscunque, nostre gracie sub obtentu, ne vos presentes & futuros nobis sincere dilectos eidem nostre ciuitati pro nunc immorantes siue immorari volentes in posterum molestant in aliquo demuo vel perturbent, quia pensiones vestras & uniuersas a vobis derinari potentes quomodolibet, actiones, deriuaciones omnesque causas et excessus vestros per nullum alium preterquam per nos aut

*) Die folgenden Urkunden-Concepte hätten, nach der Zeitordnung bereits oben mitgetheilt werden müssen, konnten jedoch nur hier als Nachtrag dargeboten werden, weil die Quelle, woraus sie entnommen sind, erst nachdem der Druck schon bis hierher vollendet war, durch die Gefälligkeit der Leipziger Stadt-Bibliothek, dem Herausgeber zugänglich wurde.

camere nostre magistrum terminari seu iudicari volumus nobis reseruauimus & precise duximus referuandum. In cuius rei etc. Hec forma data est judeis in havelberge, arneburg, prizwalg, fehufen, werben, kyritz.

Leipziger Copial-Buch Bl. 4 a. n. II.

XXXIX. Markgraf Ludwig verpachtet die Zollhebung zu Havelberg im J. 1335.

Anno domini M^o CCC^o XXXV^o in Soldin, in festo natiuitatis beate virginis, Locauimus & exposuimus discreto viro Ottoni Bug. cui in Berlin, suisque heredibus theloneum ciuitatis nostre havelberg cum omnibus suis iuribus, pertinencijs & commodis a festo beati Jacobi proxime lapsi per tres annos continuos quiete et pacifice possidendum, tali tamen condicione interposita, quod idem otto nobis dictis tribus annis durantibus quolibet anno centum libras denar. brandeburgensium debebit & tenebitur sine diminucione qualibet erogare, de quibus quidem trecentis libris exnunc in ducentis minus tribus libris, per eundem ottonem nobis plenarie dicimus satisfactum & de centum libris cum tribus ipse nobis in tercio anno secundum conuencionis secum habite modum tenebitur respondere.

Leipziger Copial-Buch Bl. 5 a, n. V.

XL. Markgraf Ludwig verzichtet auf alle Rechte in der Havelbergischen Heide im J. 1335.

Anno domini M^o CCC^o XXXV^o, in Berlin, tertia feria ante festum beati Michaelis Ludouicus etc. Consulibus & uniuersitati in havelberg gratiam suam & omne bonum. Profitemur litteras per presentes, quod ab omni impetitione iuris & facti, quam ad miricam havelbergensem habuimus, cessauimus & per presentes sponte cessamus, quoad nos, heredes nostros et quoslibet domini nostri successores, renuntiantes solempnitate debita dicte merice & fundo et volentes quod viri presati dictam miricam cum fundo debeant cum plena proprietate et iure ciuitateni pacifice omni tempore possidere, prout etiam in alijs litteris, vobis desuper concessis, expressius continetur, quas approbamus & presentis nostre pagine patrocinio confirmauimus, recognoscentes, quod cum tutoribus hina vice et nunc nobiscum vice tercia vos super dicta mirica composuistis, iuxta nostre desiderium voluntatis & votum. In cuius rei testimonium etc.

Leipziger Copial-Buch Bl. 5 a. und b. Nr. 6.

XLI. Markgraf Ludwig verpachtet die Zollhebung zu Havelberg im J. 1336.

Anno domini M^o CCC^o XXXVI^o, die cene eiusdem, contulimus & assignauimus discreto uiro Johanni diuiti, cui nostro de Colonia, nec non Copikino dicto Jüterbok eorumque legitimis heredibus, theloneum in havelberg pro trecentis & viginti octo marcis argenti brandeburgensis, quas ipsis ex legitima causa debuimus, tenendum, habendum & possidendum absque omni impedimento, a festo sancti Jacobi proxime venturo ultra per quinquennium continuum, cum vniuersis fructibus, vtilitatibus & commodis et pleno iure ac libertate in omnibus suis modis et conditionibus, sicut dictum theloneum nostri antecessores habuerunt. In cuius etc.

Leipziger Copial-Buch Bl. 6. a. u. b. Nr. X.

XLII. Markgraf Ludwig bewidmet zwei Altäre zu Havelberg, im J. 1340.

Anno domini M^o CCC^o XL^o in ciuitate havelberg. nos Ludouicus etc. ob perpetuam & perhennem bone recordationis illustrium principum marchionum Brandeburgensium, nostri, heredum et posterorum nostrorum, etiam ob salutem discretorum virorum Christiani et dyterici lyppin fratrum, ciuitatis nostre havelbergensis ciuium nobis dilectorum, appropriauimus & presentibus appropriamus octo iugera siue agros graminum, que ipsi debito suo pretio comparauerant, inter albiam & obulam sitos, fluuiumque dictum — — attingentes, altari beate marie virginis sanctique nycolai in ecclesia sancti laurencii ciuitatis predictae sito, secundum quod cultus diuinus in ipso eo deuotius et sollempnius in antea peragatur, perpetuis temporibus sine impedimento quolibet perpetue pertinendos, renunciantes pro nobis, heredibus & successoribus nostris omni iuri & actioni, que nobis in premissis competebant agris vel competere possent in futurum aequaliter in eisdem. In cuius etc. Testes Jo. hufener. heylo bombrecht. nycolaus de Quitzow. Datum havelberg.

In simili forma data est vna littera henrico Schonhain super duos agros altari katherine virginis in ecclesia predicta.

Leipziger Copial-Buch Bl. 13 b. u. 14 a. Nr. XXXI u. XXXII.

XLIII. Derselbe überläßt die Zollhebung zu Havelberg dem Nicolas von Bismark im J. 1341.

Nouerint vniuersi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludouicus etc. discreto viro nycolao bismark ciui in fensual nobis dilecto theloneum ciuitatis nostre havelberg locauimus tam diu quousque post debitorum suorum secundum priorum literarum suarum continentiam in quibus sibi obligamur, perceptionem quadraginta marcas argenti brandenburgensis & ponderis de eodem theloneo integraliter percepit, quiete & pacifice possidendum. In cuius rei etc. Testes vero huius sunt nobilis vir Guntherus comes de Swarzburg, Jo. de Buch, helo marschalcus, Bombrecht curie nostre pincerna, milites, Gerwolf cum ceteris fide dignis. Datum Berlin a. M^o CCC^o XLI^o die sabian & sebastiani matryrum.

Leipziger Copial-Buch Bl. 14 b. Nr. XXXV.

XLIV. Desselben Schutzbrief für einen Juden zu Havelberg v. J. 1344.

Ludouicus etc. Consulibus & universitati ciuitatis havelberg, fidelibus suis dilectis gratiam et omne bonum. Discretum virum Maierum, camere nostre seruum nobis dilectum heredesque suos in nostre defensionis et tuicionis recepimus & recipimus presidium singulare, volentes ipsos omni libertate, gracia, commodo & honore, quibus ceteri nostri iudei in omnibus ciuitatibus siue locis pociuntur et gaudent, denuo potiri libere seu gaudere, mandantes vobis firmiter & districte, quatenus eosdem, dum & quociens ipsis necesse fuerit, prae iniuriis et violentiis, insultibus etc. quibuslibet nostri nomine defendatis. Poterunt quoque iudei carnes denuo pro ipsorum vsibus siue prohibitione qualibet mactare siue maculatas, que vulgariter dicuntur treffant,*) vnum diem exponere, impedimento quiescente quolibet, pro ipsorum commodo & beneplacito voluntatis. Non debent quoque alicui pensionem suam annuam in festo beati martini nobis annue debitam sine nostris quitatis litteris patentibus presentare. In cuius etc. Testes helbe magister coquine, g. wolf. Actum havelberg anno M^o CCC^o XLIII^o in vigilia beate agnetis.

Leipziger Copial-Buch Bl. 19 b. Nr. LVI.

*) D. i. treifer oder unrein, Jüdischer Ausdrack.

**XLV. Markgraf Ludwig schenkt dem Domcapitel zu Havelberg das Gericht in des Capitels
Dörfern und die Weidgerechtigkeit im Hohenholz bei Nitzow im J. 1344.**

Nouerint etc. quod nos Ludovicus etc. religiosorum uirorum conuentus & monasterii nostri in havelberg nobis sincere dilectorum oculi pietatis procernentes inopiam, verum etiam quot precedentibus gwerris grania pertulerint deuastacionis et desolacionis pericula, in refectionem dampnorum eorundem aliqualem, dicto conuentui & monasterio, diuine remuneracionis intuitu, damus, concedimus et donamus per presentes ius nostrum cum obuencionibus, que nobis in villis subnotatis, videlicet toppel, nitzowe, parua leppin, dolne, goreke, netzowe, granfowe, hoppenrode, Zoterhowe ex parte iudicii aliquialiter pertinebant, renuncciantes etc. Insuper ipsis damus presentibus & donamus pecudes, pecora minandi et pascendi in merica nostra, que vulgariter dicitur die hocheide prope nitzowe plenariam & omnimodam facultatem, prohibicione feu impedimento presencium ac futurorum officiatorum quibuslibet quiescente. In cuius etc. Testes Tek, swarzburg, hufener, bombrecht, magister coquine helbe, wedel et g. wolf cum ceteris. Datum Berlin anno ut supra feria IV^a in crastino scholastice.

Leipziger Copial-Buch Bl. 20 b. Nr. LIX.